



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

15. De Indulgentiis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

TRACTATVS DECIMVSQVINTVS. F

De indulgentijs in Decem Capita diuifus.

S V M M A R I V M.

1. *Quæ a Priscis conſtant de indulgentijs.*
2. *Quid ſit indulgentia.*
3. *Obiectiones contra aſſignatam indulgentiæ definitionem.*
4. *Quæſtiones tres contra aſſignatam definitionem indulgentiæ.*
5. *Soluuntur obiectiones in tertio cap. poſite, num. indulgentiæ ſpectent ad iuriſdictionem.*
6. *Solutio obiectionum 3. cap. num. indulgentia ſit abſolutio.*
7. *Solutio obiectionis 3. cap. quod indulgentia ſit de iniunctis penitentijs.*
8. *Reſponſio ad quæſtionem de indulgentiæ cauſa 4. c. poſita.*
9. *Reſponſio ad ſecundam quæſtionem de tempore veræ penitentia cap. 4. poſitam.*
10. *Reſponſio ad tertiam quæſtionem 4. cap. poſitam de tempore confeſſionis.*

CAPVT II.

Quæ a priscis conſtant de indulgentijs.

DE ortu indulgentiarum, ſi certitudo haberi poſſet, veritati indaganda opem ferret, verum quia nulla Sacra Scriptura, nulla præſcorum Doctorem Græcorum, aut Latinorum authoritas ſcripta hanc ad noſtra deduxit notitiam, ſed hoc ſolum a trecentis annis ſcriptura commendatum eſt de vetuſtis Patribus, quod beatus Greg. indulgentias ſtationum inſtituit, vt in 4. ſent. diu. Tho. habetur. Longè ſiquidè poſt Greg. legimus, quod quidam indiſcretas & ſuperſtuas indulgentias dabant, vt Innocen. 3. in cap. quum ex eo. extra de pœn. & remis. dicit. Et per 40. fortè annos ante ab Alex. 3. propoſitam de indulgentijs datis ab Episcopis quaſtionem ſolutam inuenimus ibidem in cap. quod autem. Ex verbis quoque Innocen. 3. in cap. excommunicamus. extra de hære. ſ. catholici. apparet conceſſam fuiſſe indulgentiam euntibus in ſubſidium Terra ſanctæ. Et quamuis non inueniatur in iure, indubie tamen tenetur cruciata expeditionem ſultam fuiſſe indulgentia plenaria. & hoc haberi dicitur in parte decima decretalis ad liberandū. extra de iudais.

Ex his autem textibus nõ ſolum habetur, quod indulgentiarum gratia antiqua eſt in Chriſti eccleſia, & nõ noua adinuentio, ſed habent clare quatuor. Primo, quod dare indulgentiam alicui eſt illi abſolvere. Secundo, quod iſta abſolutio ſpectat ad forū penitentiale. Tertio quod iſta abſolutio eſt a penitentis iniunctis. Quarto, quod quandoque ſunt indiſcretæ: et primum quidem eorum habetur expreſſe in dicto cap. quod autem. ab Alex. 3. reſpondere Archiepiscopo Canarien. quod quia nullus poteſt ligari, aut ſolui a nõ ſuo iudice, idco indulgentiæ conceſſe ab aliquo Episcopo, nõ ſe extendunt ad nõ ſubditos ſibi niſi de conſenſu propriorum iudicum. Hac enim iſſo dare docet quod quia indulgentia eſt abſolutio, idco a proprio iudice vel de conſenſu proprii iudicis ab alio nõ poteſt fieri tantum. Reliqua vero tria habentur ex Concilio generali ſub Innoc. 3. in cap. quum ex eo. extra de pœn. & re. Quod enim ſpectet ad forū

penitentiale, inde habetur, quia ibi dicitur, quod eneruat penitentialem ſatisfactionem indiſcreta indulgentia. Quod ab iniunctis liberet penitentis, clare ibi habetur, & ſimiliter, quod ſuperſtue & indiſcrete quandoque ſiant.

CAPVT II.

Quid eſt indulgentia.

P Rincipium igitur inueſtiganda quiditatis indulgentiæ ex his quæ conſtant ſumendo, ab illius ſtabilitate genere ex ſacris canonibus ordinatur. Et dicamus, quod indulgentia eſt quædã abſolutio, niſi. n. per ſe & proprie indulgentia abſolutio eſt, nõ red didiſſet per ſe rationem eius, quare indulgentia nõ prodeſt nõ ſubdito, quia ligari abſolui nõ niſi ſubditus poteſt. Si enim ratio eſt per ſe, oportet indulgentiam conſiſtere in abſolueno aut ligando, conſtat autem quod indulgere nõ eſt ligare: igitur eſt abſolvere. Neceſſarium eſt autem aſſerere rationem canonis eſſe per ſe, quia ea quæ ſunt per accidens, repelluntur a qualibet ſcientia. Eſt igitur eccleſiaſtica indulgentia (colligendo omnia certa ex ſacris canonibus) abſolutio ab iniuncta poenitentia in foro penitentiali. Et quauis prima facie videantur hæc nõ ſufficere ad indulgentiæ definitionem, ſerutando tamen ſingula ſubtilius, apparebit ſufficiens. Differt ſiquidem in primis indulgentia ab omnibus priuatis actionibus, ex genere, ſub quo continetur abſolutio, eſt. n. abſolvere ſicut & ligare actus iuriſdictionis. Et ex hoc indulgentia differt tam ab actionibus priuatis (puta quum vnus orat, aut facit poenitentiam pro alio aut ſeipſo) quàm ab actionibus communibus perſonis publicis & priuatis, puta compensatione vnus ad alterum, aut ſubventionem dando alicui pretiū, vnde ſoluat creditori. Nullus ſiquidè heri actu eſt actus iuriſdictionis, quilibet enim abſque quacunque iuriſdictione poteſt huiusmodi ad exercere, nõ ſolum in profanis, ſed etiam in propoſita materia, vt enim in 4. ſent. Theologi dicit: Vn homo exiſtens in charitate, poteſt facere poenitentiam & ſatisfacere pro altero in charitate exiſtente. Quod eccleſiæ conſuetudine approbatur, ieiunia aliaque opera ſatisfactoria eſſe pro penitentibus animabus in purgatorio exiſtentibus. affirmante, ſi pro illis a perſonis in charitate exiſtentibus ſiant, ubi patet opera ſatisfactoria priuararum perſonarum abſque vlla iuriſdictione eccleſiaſtica compenſari pro penitentibus animabus quæ purgantur, & pro poenitentibus illis iniunctis ſatisfacere, & eſt quaſi pretiū, quod priuata perſonæ animabus donant, vnde quaſi ſoluant & liberentur. Differt deinde indulgentia, ex hoc, quod nõ eſt quicunque iuriſdictionis actus, ſed talis, ſ. abſolutio ab actu diſtributionis, quo curam habens boni communis diſtribuit illud partibus eiufdem communitatis, vt quum diſtribuit princeps, aut communitas honores Reip. Inter ciues. Abſolutio enim eſt actus iudicis ad vnũ ſubditum nulla habita ratione æqualitatis ad alterum, vt patet etiam in hac materia, quum datur indulgentia alicui vni, quod quotidie per confeſſionalem aut indultum fit. Diſtributio autem vt patet Ethic. ſit ſecundum æqualitatem proportionalem, quæ ſine ratione ad alterum fieri nõ poteſt vni, quum hoc intelligi nõ poſſit, vnde quum vnus tantum quique honoratur in Rep. ſi iuſta diſtributione honorabilis illi deſertur, rationem illius habere ad alios eſt neceſſarium, & quanto alijs præſtat ſimpliciter vel tunc, quo ad hoc, tantum dunc honoratur. Monſtratur quoque ex hoc, quod indulgentia

gentia est absolutio, & effectiua illius causa, scilicet iudex, actus enim iurisdictionis operatio est iudicis, & per hoc monstratur requiri tam auctoritatem in dante indulgentiam (non enim est iudex sine auctoritate) quam rationem, non enim pro libito, sed ratione suadete absoluit, aut ligat iudex nisi cuius voluntas lex est, quod soli Deo conuenit. Et materialis, scilicet subditus, in quem exercetur, non enim absolui potest nisi subditus, vt Alexan. 3. ad hoc propositum in allato canone dixit. Sed materia circa quam exercetur per subiunctam particulam monstratur, quum subiungitur, ab iniuncta penitentia. est siquidem indulgentia subditi absolutio quo ad iniunctam sibi penitentiam non in foro contentioso, sed penitentiali, ita quod ly, in foro penitentiali determinat duo, scilicet absolutionem & iniunctam penitentiam. Et est sensus quod indulgentia est absolutio in foro penitentiali a penitentia iniuncta in foro penitentiali. Et enim indulgentia, quia actus est iudicis, ad aliquod forum spectat, liquet autem quod non contentiosum est fori, penitentialis igitur erit. Et hinc patet qualitas iudicis, forum enim penitentiale ad ecclesiasticum tantum iudicem spectat, & propterea ecclesiasticum oportet esse iudicem, qui indulgentiam concedit. Verum quum penitentialis absolutio feceretur in eam, quae est ordinis, quae sacramentalis est (vt pote sacramentum penitentiae perficiens sacerdotis ministerio) & eam quae est iurisdictionis tantum, quae a legatis & electis tantum pontificibus exercetur, & illa directè, & per se primo culpam respiciat (est enim absolutio ab ipso peccato) ista autem culpa remissionem praesupponat, & penam peccato debitam respiciat, non quameniq; quia non poenam aeternam (non enim liberat indulgentia a poena inferni) sed temporalem, quae hic, aut in purgatorio exoluenda pro commisso peccato est: ideo ad differentiam sacramentalis absolutionis remittentis culpam, & aeternitatem poenae subiunctum est in diffinitione, ab iniuncta penitentia, iniuncta siquidem in foro penitentiali penitentia non nisi temporalis esse potest, & remissionem culpae praesupponit. Monstratur nihilominus ex eadem particula qualitas subditi, cui confertur indulgentia, quod scilicet sit vere penitens & confessus. Nam quia in sacramento penitentiae non ligat ad penam sacerdos, iniungendo penitentiam, nisi absoluendo a culpa, & prius natura absoluit, quàm ligat (quia obligatio ad poenam temporalem supponit remissionem culpae, absolui autem a culpa ab ecclesiastico iudice nullus potest nisi verè penitens & confessus) idem ex hoc ipso, quod indulgentia est absolutio a poena iniuncta in foro penitentiali, monstratur quod recipiens indulgentiam debet esse vere penitens, & confessus, attestante consueta forma indulgentiarum, in qua dicitur verè penitentibus & confessis. Differt demum indulgentia a remissione penarum iudicialium ad forum contentiosum spectantium per eandem particulam, scilicet iniuncta in foro penitentiali, indulgentia siquidem non liberat a poenis iniunctis in foro contentioso, & vt quae adeo ab illis elongatur, vt diuus Thomas propterea dicat, religiosos per indulgentiam non liberari a penitentibus sibi iniunctis in capitulo, a suis praelatis, ex quibus omnibus apparet, quod diffinitio indulgentiae collecta ex sacris canonibus, cuncta complectitur quae ad rationem indulgentiae concurrunt. Est igitur ecclesiastica (de qua est sermo)

A indulgentia, absolutio a penitentia iniuncta in foro penitentiali.

CAPVT III.

Obiectiones contra assignatam rationem indulgentiae.

QVAESTIO.

Num dare indulgentias spectet ad iurisdictionem.

Habet autem dicta diffinitio indulgentiae difficultates multas & obiectiones, contra tria in illa contenta.

Contra illud in primis dictum, scilicet, dare indulgentias est actus iurisdictionis, opponitur a Durando in quarto sent. dist. 20. Tum quia iurisdictione exerceri potest in inuitum, indulgentiam autem nullus consequi potest inuitus. Tamen quia nullus potest vt actu iurisdictionis, in seipsum, indulgentia autem alijs data potest concedens vt sicut alijs. Ab alijs vero, tum quia Archiepiscopus potest in tota sua prouincia indulgentias dare, vt patet in cap. nostro. extra de poen. & rem. & tamen constat Archiepiscopum non habere nisi in articulis quibusdam potestatem in subditos suffraganeorum, extra de offi. ord. cap. pastoralis. Tamen quia indulgentiae dantur etiam defunctis existentibus in Purgatorio, qui a iurisdictione ecclesiae sunt exempti, vt pote extra hanc vitam, & quos ecclesia non potest ligare, cui data est potestas ligandi atque soluendi super terram tantum.

QVAESTIO.

Num absolutio potius, quàm distributio, vel compensatio sit indulgentia.

Contra aliud deinde dictum, scilicet quod indulgentia est absolutio, non compensatio, aut distributio, opponitur communis tam theologorum, quàm canonistarum doctrina, canonizata a Clemente vi. in extrauaganti, vniuersus de pen. & remis. decernentium indulgentias fieri per modum distributionis, & compensationis, seu solutionis. Dicunt enim quod thesaurus Ecclesiae, in quo sunt recondita merita Christi & sanctorum, quatenus satisfactoria sunt non pro seipsis, distribuitur per indulgentias in Christi fideles, ita quod penitentiae nostrae compensantur per penas Christi & sanctorum, dum ex thesauro illo conceditur cuique quasi pretium penale, vnde soluat Deo debitam, pro suis peccatis penitentiam. Haec autem patet contrauenire sententiae, qua dicitur, quod indulgentia est absolutio, quum longe differat actus absolutionis iudicialis ab actibus his quoniam isti actus omnes sunt actus non iudicij proprii, sed communes tam publicis, quàm priuatis personis, excepto distributionis actu, cuius tamen differentia ab absolutionis actu clare liquet. Opponitur quoque, quod ex illo canone Alexandri 3. non habetur nisi quod dare indulgentiam est actus iurisdictionis in subditum, quod quidem potest verificari ponendo, quod est actus dispensationis, seu distributionis. Nam hic actus est iurisdictionis, & super thesaurum dispensandum, & super eum, cui communicatur, quia commune bonum non nisi in partes communitatis distribuendum est, & sic ruit tota diffinitio assignata. Potest quoque & aliter exponi canon ille vt intelligatur causaliter indulgentiam esse absolutionem, quia causaliter absolutionem, dispensatio namque thesauri dicti causaliter in illo, cui communicatur, absolutionem, a poena peccato debita & a sacerdote iniuncta. Et sic redit ruina distributionis.

QVAE.

Num indulgentia sit absolutio ab iniuncta penitentia.

Contra tertium demum dictum (scilicet ab iniuncta penitentia) obijcitur. Tum quia diuus Thomas cum multis theologis & canonistis dicit indulgentiam liberare hominem ab iniunctis, & non iniunctis penitentijs.

Tum quia indulgentia tantum valent quantum sonant, vt communiter tenetur: constat autem, quod in plenarijs indulgentijs non fit mentio de iniunctis. Tum quia indulgentia, quae dantur pro defunctis, non dantur pro iniunctis: nam non praesupponitur iniunctas eis penitentias non perfecisse, eos qui sunt in purgatorio. Tum quia quum penitentiarius Romae iniungeret penitentiam plenariam indulgentiarum consequutus, accepit mandatum a Papa, vt non iniungeret penitentiam, vt refert Petrus de Pal. in 4. sent. dist. 20. quaest. 4. in calce. Tum quia in forma plenariae absolutionis, quae conceditur in morte, continetur restitutio ad innocentiam baptismalem, quae non esset verè efficax, si ab iniuncta tantum penitentia absolueret.

CAPVT III.

Quaestiones tres circa assignatam definitionem indulgentiae.

QV AESTIO.

Num quavis causa indulgentiae sit etiam causa quacumque.

Sunt praeterea circa dicta in supraposita definitione indulgentiae tres quaestiones. Prima omnium difficillima est circa causam effectiuam indulgentiae. Dictum est enim, quod oportet dante indulgentiam fultum esse auctoritate & ratione. In dubium autem non paruum vertitur, an quaelibet rationabilis causa dandi indulgentiam, sit etiam rationabilis causa quantacumque indulgentiae, an potius quaedam sit rationabilis causa tantae indulgentiae (puta vnus anni) quae non esset rationabilis causa multo maioris indulgentiae, puta viginti millium annorum. Est autem ratio ambiguitatis, quia pro prima parte, hoc est quod causa legitima indulgentiae est etiam sufficiens causa quantacumque indulgentiae, extat auctoritas diui Thomae in 4. sent. dist. 20. expressè dicentis, quod indulgentiae ratio seu causa non exigitur ad mensurandam indulgentiam. Et probat hoc, quia eadem stante ratione ecclesia modo maiorem, modo minorem dat indulgentiam. Et tandem dicit, quod licet dans indifferetè indulgentias, ita vt homines pro nihilo ab operibus poenitentiae retrahuntur peccet, nihilominus consequuntur homines plenam indulgentiam datam extra, & quam continua experientia Romae docet auctoritas ecclesiae: dantis indulgentiam plenariam pro sola visitatione alicuius ecclesiae sine manibus adiutricibus, & in die sancto Paschae data benedictione a Papa super plateas S. Petri. pronuntiant duo Cardinales indulgentiam plenariam omnibus praesentibus. Si enim haec causa sunt legitimae causae indulgentiae plenariae, nulla restat causa pia tam parua, quae non sit legitima causa quacumque indulgentiae. Extat & auctoritas veritatis ecclesiasticae, secundum quam oportet indulgentias tantum valere quantum sonant, constat autem, quod sonant ex quacumque causa etiam plenariam indulgentiam.

F In oppositum autem est, quia a ratione dissona indulgentiam exigere vitra auctoritatem in dante & charitatem in recipiente, rationabilitatem in causa, ita quod sine legitima causa indulgentia est nulla, & tamen quantitatem indulgentiae non exigeret aliquid ex parte legitime causa.

Contra quoque rationem est, quod potestas ecclesiae quae non nisi ministri & dispensatoris est, nulla ratione dispensandi vtatur in quantitate tanti pretiosi thesauri. Et confirmatur, quia si in prophanis possunt ecclesiae ministri ita dispensare, vt dispensatio sit nulla (vt si Papa donaret totum statum temporalem ecclesiae filio suo, quamuis esset rationabilis causa donandi sibi aliquid) multo magis videtur quod errare possit in dispensando thesaurum spiritualium bonorum, ita vt dispensatio sit nulla. Vtriusque enim est dispensator non Dominus, in adificationem corporis Christi mystici, non illius dispersionem. Accedit ad hoc auctoritas apostolica Clementis vi. in dicta extrauagante, vniuersus, de auctoritate data a Christo dispensandi hunc thesaurum, dicentis, Quem quidem thesaurum per beatum Petrum celi clauigerum, eiusque successores suos in terris vicarios commisit fidelibus salubriter dispensandum, & proprijs & rationabilibus causis, nunc pro totali, nunc pro partiali remissione poenae temporalis pro peccatis debitam generaliter, quam specialiter prout cum Deo expedire cognoscerent, verè poenitentibus & confessis misericorditer applicandum. Vbi patet quod non solum rationabilis, sed proprias oportet esse causas quantitatis indulgentiarum.

QV AESTIO.

Num & quomodo, & quando penitentia sit necessaria pro consequenda indulgentia.

Secunda quaestio est, an vera poenitentia exigatur tempore, quo indulgentia conceditur, aut opus exercetur, an extendatur ad tempus aliud, quo quis vult illa indulgentia vtī. Verbi gratia quo ad concessionem, dat Papa quinque annos de indulgentia omnibus praesentibus, quum infra missam in capella sua singulis diebus dominicis aduentus & quadragesimae absolutionem facit, si teneor tunc esse verè poenitens, an sufficiat quod intendo verè poenitere, & tunc, vt ista indulgentia quinque annorum. Et similiter quo ad exercitium operis, dat Papa quod dicens septem Psalmos, vel das tantam eleemosynam, habeat plenariam remissionem semel in vita, & semel in mortis articulo, an teneatur esse verè poenitens tempore quo dicit septem Psalmos, aut dat eleemosynam.

Tertia quaestio est, an oporteat esse confessum, ita quod nullum sit in conscientia mortale peccatum commissum non confessum tempore, quo acquirit quis, & vtitur indulgentia, an sufficiat esse confessum secundum praecipuum ecclesiae, hoc est semel in anno. Et est ratio dubij, quia hinc appareret quod verba iudicum sunt secundum iuram interpretanda, ac per hoc quod sunt in illo anno confessi. Inde vero appareret, quod si non requireretur confessio, alia sufficeret dicere poenitentibus, quoniam in verba poenitentiae clauditur propositum obseruandi praecipua Christi, & Ecclesiae.

CAPVT V.

Soluantur obiectiones in 3. ca. posita, contra hoc, quod datur indulgentiam, est actus iurisdictionis.

Non est autem difficile ad obiecta, primò contra assignatam diffinitionem rñdere. Falsum nanque est quod Durandus dicit, oem iurisdictionis actum posse in iurisdictione exerceri, quò absolutorio sacramentalis sit actus non solum ordinis, sed iurisdictionis (ut pote à non proprio iudice ordinatio, nel de legato facta nulla existens) & tñ non pòt exerceri in inuitum. Sed q nullus possit exercere actum iurisdictionis in seipsum absolucndo & ligando se, verum est: & propterea licet alij aliter sentiant, concedo ego, q dans indulgentiam alijs, non acquirit illa, quia absolucns alios, non absoluit se. Nec tñ est de terioris condonnis, quam alijs, quia & si nò per istam viam, per aliam viam potest eandem indulgentiam consequi, scilicet committendo confessori suo, vt sic absoluat ipsum, sicut ipse absoluit alios: hoc n. modo papa subijcit se absolutori omni sacramentali, & similiter indulgentie eadem rone. Archiepiscopi quoq; potestas super totam prouinciam ex hoc ipso, q in quibusdam articulis affirmatur, manifestat exte di ad dadas indulgentias in tota sua prouincia: quò quidem ille est vnus illorū articuloꝝ, qui in iure numerantur: vt Pan. ibidem scripsit. Defunctos autē in purgatorio existentes, extra iurisdictionem ecclesie quidam negat, eo quod sicut sunt medij inter nos & beatos (dum nos viatores sumus quò ad meritum, vel demeritum, & quò ad poenam, & premium, & beati extra viam totaliter sunt, qui purgantur aut quò ad meritum, vel demeritum extraviam), sed quò ad poenam, vel premium in via adhuc sunt) ita sunt quòdammodo subditi vicario Christi viatorib; dimisso: vt sicut quò ad punitionem adhuc sūt in via, ita quò ad reuelationem à pena adhuc subsunt iudici viatorum. Sed hec opinio multa vera dicens non infert efficaciter in tētum: plus n. requirit ad subditum iudici viatorum, q̄ adhuc participare aliquid de via. Exigitur n. q̄ possit eā sua quantum ad illud quod sapit via, cognosci à iudice viatorū, nullus pòt esse iudex causae oino incognoscibili ab ipso, constat autē à papae cognitione omnino esse alienas causas existētium in purgatorio, & iò pater papam non posse absolucere, aut ligare existētes in purgatorio. Manifestatur quoq; hoc idē ex verbis Domini, limitatis petri potestatem super terrā: ita q̄ licet effectus potestatis petri penetret cœlos, dicente Domino, Erit ligatum aut solutum in cœlis, iurisdictionis tñ actus rēminat ad hoc, vt sit super terrā dicente Dño, Quòd cunq; solueris, aut ligaueris super terram. Scriptura autē sacra mortuo non esse super terrā vocat, vt patet Gen. 42. ubi de Ioseph tanquam de mortuo loquentes fratres & pater, introducuntur dicentes, q̄ nò est super. Purgatoriu rursus non super, sed sub terra esse ex eo patet q̄ Christus descendit ad inferos, ubi erat limb. Patrū, neq; n. fas est credere q̄ de purgatorio exeūtes atē nate Ch̄ris mortē, & ad limbū patrū euntes, ad inferos a superis descēderint, sed e contra ex infero inferiori ad infernū superius ascēderēt, quū ēt s̄m Phil. loca quanto superiora, tātò nobiliora sūt. Quocirca non dat Papa defunctis indulgentiā auctoritative absolucndo, sed per modū suffragii quod ēt ipsa Apostolica literē attestatur, clare apponentes istam clausulam, per modum suffragii, quū p defunctis dant indulgentiā. Et potes uidere q̄ ex hoc diuerso mō dandi indulgentiā uiuis & defunctis insinuat intentum, nam ex eo q̄ non au

Adens ecclesia defunctis auctoritative remittere penas sicut viuis suffragantis personā induit, concedendo defunctis indulgentiā, monstratur q̄ indulgentia simpliciter & absolute remissio est auctoritative ab ecclesia facta. nisi n. eēt auctoritative remissio, ex applicatiōe ecclesiastici thesauri nò oporteret ad suffragii modū descēdere, quū ad defunctos extenditur: quibus ecclesia non nisi suffragari pòt.

CAP. VI.

Solutio obiectionum in tertio capitulo, contra hoc quod indulgentia est absolutio.

AD euidētiam autē specificę nature ipsius indulgentie oportet nosse duò cōcurrere ad indulgentiam, absolucionē a penitētia iniunctā & dispensationem spūalis thesauri, applicatiōe penā Christi & sanctorū ad hunc, cui datur indulgentia. Et primū quidē probatum est ex canone Alex. 3. s̄m aut non solum ex cōi. Sanctorum doctrina sed ex allata extrauagante Clementis sexti patet. Verum multum interest ad naturam indulgentiæ cognoscendam an primū indulgentia sit absolucio, an dispensatio. Nā si indulgentia primo consistat in absolucione, dispensatio thesauri accessorie, concurrat ad indulgentiam, ut quia ecclesia non pòt libere relaxare debitā Deo penā pro peccato in illum cōmissō, ad hoc, vt remissio sua sit efficax: iungit absolucioni dispensationem penarum solutarum à Christo & Sanctis, applicando aliquid earum huius, & aliquid illi: ut sic & remissio fiat efficax ex adiūta satisfactiōe Ch̄ri & Sanctorū pro istis quibus indulgentia dat, & Deo debitā pro peccato penā exoluta inueniatur. Si autē primū indulgentia sit dispensatio prædicti thesauri, absolucio ab iniuncta penitētia accessorie concurrat ad indulgentiā: ex eo nanq; q̄ applicatur m̄hi per indulgentiam tñ de pena recōdita in thesauro, sequitur q̄ sum absolutus ab æquialēti penā, quam debebam Deo pro peccatis meis exoluere. Quid aut horum uerius sit, non ex rone, sed ex facto pender. nam rōni consentaneum est, quod ecclesia utroque modo pòt indulgentias facere: sed an de facto indulgentias altero tñ, & quo aut utroque modo faciat, scire oportet si indulgentiæ natura cognoscēdo est. Apparet aut prima facie insipientibus doctoribus dictā extrauagantem Clementis, primū in indulgentiarum locum tenere, dispensationem ecclesiastici thesauri, & absolucionē accessorie comitari. cōferēt uero posteriōres indulgentias præcis, apparet ecclesiā olim fuisse viā indulgentiis principaliter p modū absolucionis; qua necessario comitatur dispensatio thesauri: a tempore autem Bonifacii 8. primi auctoris perēnis Iubilei vsam fuisse, principaliter indulgentiis distributione thesauri: & comitater absolucione a penitētia: quā tāta abundantia indulgentiarū plenariarum quanta vix credi potest passim data, sup hoc fundari uidetur. Et secundum hoc diffinitio indulgentiæ collecta ex sacris canonibus, quam as signauimus, nō est diffinitio indulgentiæ quā modo sit ab ecclesia Ro. sed illius quę olim fiebat: quā sacri can. loquuntur de indulgentia, quæ erat conlucata in ecclesia, & nō de illa, quæ poterat inueniri de notio. Sunt enim diuersarum rōnū ista & illa: quò ad naturas, quāuis sit unius & eiusdem rōnis quò ad ultimum effectum qui est remissio penæ temporalis debite pro peccato. Et sic dicendo concordia fieret inter noua & uetera. Sed hec opinio ponēs de facto indulgentias diuersarū rōnū in ecclesia, dissona ab vsu ecclesiæ & Doctorū. nā Bonifacius ipse 8. indulgentiā Iubilei inchoat ab indulgentijs

Opusc. Caiet.

I gentijs

gentijs magnis concessis a priorib⁹, manifestans p^r hoc se sectari vestigia prædecessorum. Ro. quoq; Pont. in hodiernū vsq; diem indulgētijs tor anno rum, adiunctis tot quadragenis dando coram se in capella pontificia, testantur aperte se mō priscorū dare indulgētijs: & apponendo semper explicite clausulā illam s. In forma ecclesiæ consuetā, nulli dubitationi relinquūt locū q̄ antiquam intendūt sequi indulgētiæ formā, & non inducere indulgētiā alterius rationis. Doctores quoque omnes siue Theologi siue Canonistæ quātum hæcenus me mini me vidisse, de indulgētia, vt de vna quadam ecclesiastica actiōe, & nō vt de actionib. diuersarū rōnum tractēt. Vñ vnus rōnis de facto esse indulgētiā nūc & alibi colligimus: & ipsam primō esse abolitionē comitatā applicatione thesauri ad hunc, cui datur indulgētia, & non ecōtra: hoc est ipsam esse applicationem thesauri ad hūc comitatam abolitione ipsius canon. sæpe dicti Alex. 3. mōstrat & conuincit. Nam si principaliter natura indulgētiæ consisteret in dispensatione & applicatione thesauri ecclesiastici ad hunc posset episcop⁹ Bono. indulgētiā concedere alieno: qm̄ ad cōicādum alicui thesaurum non exigitur aliquis act⁹ iurisdictionis super illum, sed sufficit autoritas sū per thesauri dispensatione: ut patet in dispensatione thesauri temporalis: Absolutio autem à pena, p^r viam sequelæ comitaretur absque aliquo alio actu iurisdictionis: quia iam exoluisset penam debitā, ex pena Christi & sanctorū sibi cōicata, ac per hoc alienus, qui solū ad 40. dies penitētes teneretur, ab Episcop. Bon. per indulgētiā 40. dierum sic absolueretur, q̄ saltem coram Deo ad nullam pro peccato penam teneretur, cuius oppositū in canone hētur, dum dī, quod alieno nō prodest indulgētia nisi de cōsensu proprii iudicis. At si q̄s dixerit, quod quia indulgētia liberat eum, cui datur pena & coram Deo & coram proprio iudice, quia liberat ab iniuncta penitentia: & alienus episcopus licet cōicādō penam thesauri non subdito panitentiam iniunctam pro illo exolat coram Deo, non tñ coram proprio iudice, & ideo remanet ille adhuc ad penitentiam iniunctam obligatus coram proprio iudice (sicut si sine indulgētia aliqua per alia opera satisfactoria totam penā exoluisset peccatis suis debitam, & penitentiam iniunctā a sacerdote non peregisset, remaneret obligatus in foro ecclesiæ ad penitentiam iniunctam peragendam) idcirco Alex. 3. dicit quod indulgētia non subdito nō prodest, si in foro ecclesiastico, in quo iure sūt. Aduertat sic dicens quod si indulgētia natura principaliter consistit in communicatione thesauri, exoluētis penā coram Deo, & absolutio iudicialis comes ponitur non debet consultus Alex. respondere negatiuā simpliciter & absolute dicendo quod non prodest nisi de licentia proprii iudicis: ex quo oppositum verum est simpliciter & absolute, quia unaqueque res simpliciter & absolute indicatur secū dum suā naturam, & non s̄m cōcomitatā. Imo hæc ipsa rñ sio mōstrat intētiū: quia duob. concurrētib. ad indulgētiā (altero pertinente ad ecclesiā & Deum, s. dispensatione & cōicatione thesauri penam debitā exoluentis corā Deo, altero pertinēte ad ecclesiā tm̄, s. iniunctæ penitentia solutio in foro ecclesiæ) si indulgētia est principaliter & essentialiter illa thesauri cōicatio, dēbar affirmari. qd̄ prodest nō subdito, ex quo illā quo ad principale & essentialē cōsequit. Et q̄ negatiū est illi p̄desse, dicim⁹ idē q̄ indulgētia, & essentialiter est absolutio, q̄ quia nō subdit⁹

consequi nequit, iō indulgētia ab alieno non sibi p̄desse tā quo ad Deū, quam quo ad ecclesiā. Et hic est planus sensus illius decretalis absq; extorsioe aliqua vt patet intētiū. Et igit̄ indulgētia qua de facto olim usā ē, & nūc utit̄ ecclesiā uni⁹ rōnis: & est principaliter ac essentialiter absolutio iudicialis in foro penitentiali, annexā hīs cōionem thesauri passionū Christi & Sanctorū. Et cōfirmat hoc ex forma plenariæ indulgētiæ, qm̄ per viā commissionis fit. Cōceditur siquidē q̄ possit plenariē absolui in vita & in morte: constat. n. quod non est sermo de absoluteione sacramentali, sed spectante ad indulgētiā: & constat quod per modū & uerbū absoluteionis cōferit. Et constat quod eiusdē est rōnis indulgētia collata sine ministro medio absolute, cū papa dat indulgētiā p̄sentibus, aut uisitantibus, &c. & quū per ministrū mediū cōcedit quod semel in vita, & semel in morte plenariē absoluitur. Tenet igit̄ absolutio primū in indulgētiæ ratione locum.

Ad obiecta igitur ex communi doctrina fulta autoritate multorum Rom. pontificum, dicitur, quod non contrariatur doctrina hæc assignatē definitioni: qm̄ non docet principaliter indulgētiā esse applicationem thesauri: sed docet unde est ualor, & efficacia indulgētiæ ad remissionem poenę Deo debite pro peccato uidelicet ex thesauri spiritalis dispensatione. Et ad hanc efficaciam spectat modus solutionis, compensatiōis, distributionis, communionis, dispensationis & similibus, quū dī quod indulgētiæ ualent, aut dantur per modū dispensationis, & huiusmodi, & non spectant hæc ad principalem actum indulgētiæ, qui est iudicialis in foro penitentiali absolutio; propter quem exigitur quod indulgētia fiat a proprio iudice: & si est nō a proprio iudice facta, nulla sit: ut ex sæpe dicti Alexandri 3. canone patet. Nec suscepit canon ille obiectam prius expositionem, si quod indulgētia est distributio inter subditos: quoniam distributio arctata ad subditos vt partes communis, est actus iustitię distributiue, exigēs equalitatem proportionalem in sua forma: ut patet in 5. Eth. quod alienū constat esse ab indulgētia ex ipso ecclesię uisum moderno, quā antiquo. Refutat quoque alteram dictus canon, deinde obiectam expositionē, scilicet quod facta est illi, quod indulgētia est absolutio casualiter: hoc est, quod est dispensatio thesauri cauans absoluteionem: quoniam si sic esset, non esset opus proprio iudice ad consequendā remissionē penę peccato debite ab alieno episcopo indulgētiā concedere, qm̄ quidem absolutio per viā sequelæ comitaretur ex applicatione thesauri facta a potenti dispensare thesaurum. Dispensatio siquidē thesauri nō exigit iurisdictionē super personis, quibus donatur, sed super thesauro: facta enim est personis illis, vt sint capaces cōionis illius, quæ q̄dem capacitas in proposito consistit in hoc, quod homo sit uere penitens & cōfessus. Vrgetque tanto magis canon iste, quantum creditur indulgētiā ualere ad remittendas penitentias non iniunctas; constat. n. quod respectu non iniunctarum penitentiarum nullus requiretur proprii iudicis cōsensus, si indulgētia esset essentialiter communicatio thesauri. Communicatio siquidem mihi ab alieno episcopo thesauro, coram Deo soluissim, & coram proprio iudice non remaneret ligatus, quippe qui non erā ab eo ligatus ad aliquam iniunctam penitentiam. Quia igitur hoc est falsum, restat vt indulgētia sit essentialiter absolutio: cui annectitur dispensatio ecclesiastici thesauri ad hoc, ut

absolutio a poena sit efficax, non solum quo ad ecclesiam, sed etiam coram Deo. et si perspicaciter intuiti fuerimus ordinem manifestati vsus thesauri ad vsum indulgentie, videbimus ex eo intentu, scilicet quod indulgentia est essentialiter absolutio. Nam quum uiderent Doctores ecclesiam absque sacramentali medio remittere poenas peccatis commissis debitas, nec ab ecclesia instructi essent quo huiusmodi remissiones ualere, supponentes ecclesiam absoluerat uinculo penitentiarum, in varias inciderunt opiniones de efficacia huiusmodi remissionis, seu absolutionis: quibusdam nescientibus hunc ecclesie militantis thesaurum, opinantibus absolutiones has in foro tantum militantis ecclesie liberare a penitentis, aliis non curantibus de hoc thesauro, putantibus ex potestate data Petro posse papam remittere liberaliter poenas peccatis debitas, ita quod ne hic, nec alibi oportet illas exolueri realiter dicentibus, quod absolutio seu (quod idem est) remissio efficaciam habet etiam coram Deo ex applicato thesauro passionis Christi & Sanctorum: quorum dogma approbari meruit ab Apostolica sede. Hec siquidem manifestat, quod pro certo supponebatur ab omnibus essentia indulgentia; quod esset remissio, & ad inuestigandum ipsius efficaciam, tot conerterunt opiniones multiplicata ualde: quas nunc omitto, quia facta est propositio omnes conuenire in praesupposito genere indulgentia; si quod est absolutio seu remissio.

C A P. VII.

Solutio obiectionum in 3. c. contra hoc quod indulgentia respicit penitentiam iniunctam.

Non parua praeterea intelligentia opus est ad euentiam habendam de penitentia, a qua absoluit indulgentia, dum sacri canones non nisi de iniuncta mentionem faciunt: Doctores autem ad iniunctas & non iniunctas extendunt. Et licet Doctorum opinio, quam etiam sequuntur se dicit diuus Thom. magnificanda sit: quia tamen huius rei ueritas ex facto pender, & in facto consistit, & sacri canones solum de iniuncta faciunt mentionem, ita tenendo certum, & dimittendo incertum, definita est indulgentia, quod est absolutio a penitentia iniuncta. In concilio siquidem Later. sub anno 3. determinatur potestas episcopalis circa indulgentiam, & expresse post tempora indulgentie decreta, subiungitur, De iniunctis penitentis indulta remissio non excedat, in c. quam ex eo. de pra. & re. Vbi in textum & omnes Doctores episcopalis potestas dandi indulgentias, limitatur: quod non esset uerum, si indulgentia absolueret a non iniunctis. Nam si indulgentia liberat ab iniunctis & non iniunctis penitentis, & episcopalis potestas est restricta solum quo ad iniunctas penitentias, consequens est, quod respectu penitentiarum non iniunctarum non sit limitata episcopalis potestas, quod contra textum esse constat, obuiantem expresse indifferetis indulgentis simpliciter & absolute, & contra Doctores ex illo textu affirmantes limitatam esse Episcoporum potestatem circa indulgentias absolute. Quod et patet in c. nostro. eod. tit. Vbi Archiepiscopus dicit non posse excedere circa indulgentias statutum illius capituli: Nec potest responderi quod restricta potestate quo ad penitentias iniunctas intelligitur & restricta quo ad non iniunctas: quia restrictio potestatis quo ad maiora, non infert restrictionem eiusdem quo ad minora, quam uise contrariio restrictio, quo ad minora, a fortiori refrenet a maiori. Sed plus est remittere iniunctas, quam non iniunctas: tum pp

A vinculum duplex ibi, & simpliciter hic: tum propter forum ecclesiasticum ibi, qui non interuenit hic: igitur ex hoc, quod limitata esset quo ad iniunctas, episcopalis potestas, non propterea limitata esset quo ad non iniunctas, si indulgentias respiceret iniunctas & non iniunctas. Nec potest rursus dici, quod quia penitentia iniuncta est principalis materia indulgentia, id prohibito indulgentie de iniunctis infert prohibitionem etiam de non iniunctis, quia accessorium sequitur principale: & sic materia indulgentie principalis quidem, sed non sola est penitentia iniuncta. Nam haec responsio nostrum infert intentum: & quod recte definita est indulgentia per iniunctam penitentiam (ut pote principalem materiam) & quod iniuncta penitentia sic est principalis materia indulgentie, ut ipsa principali materia subtracta subtrahatur accessoria: ac per hoc si in indulgentia non subternitur iniuncta penitentia, intelligitur non subterni eidem penitentiam non iniunctam, quod esset uoluntarium, quum nullo canone, nulla ratione sultu inueniatur, si indulgentia liberat ab unaqueque penitentia: quod non liberet ab una sine altera. Est ergo iniuncta penitentia & principalis & solam materia indulgentie secundum factos canones intellecta. Seruauit quoque ecclesia multo tempore hanc styli, ut exprimeret in literis relaxationem ab iniunctis penitentis, in statu ut Durandus cum dixisset in 4. sentent. quod indulgentia tantum ualent, quantum sonant, subiunxit, Sonant autem quod ab iniunctis penitentis liberant. Quocirca quando non exprimitur, an ab iniuncta vel non iniuncta penitentia liberat, intelligitur de iniuncta: quia uerba iudicis sunt intelligenda secundum formam iuris, in iure autem solum fit mentio de iniunctis, igitur de iniunctis tantum penitentis intelligenda est indulgentia data simpliciter & absolute. Expositio uero dicens quod ly ab iniunctis penitentis intelligitur subintellecta conjunctione etiam (ac si diceretur etiam ab iniunctis penitentis) non est expositio, sed diuiniatio: nam si liceret in textibus apponere ly: etiam, infiniti textus subiecti essent diuinationi, quandoque etiam contra textum: ut facile patet discurrunt. Attestatur autem sic esse intelligendum, Ro. ecclesie consuetudo in uiridi obseruantia consistens ad Roma. Post singulis diebus Dominicis & Quadragesima & Aduentus, dat omnibus presentibus quinque vel septem annos & totidem quadragenas de uera indulgentia. Exprimendo siquidem tot annos, & totidem quadragenas, manifestat se loqui ut canones penitentiales loquuntur, taxantes penitentias per annos & quadragenas. Cumque de illis taxatis per sacros canones annis & quadragenas liberat illos, procul dubio qui ad illos, & illas sunt obligati, monstrat ab iniunctis penitentis tantummodo indulgentias datas liberare. Accedit ad hoc, quod communis forma indulgentiarum fit per tempora: puta dies, quadragenas, annum vel annos: quae sic taxatae sunt penitentiae in sacris canonibus. Nec obstat quando fit plenaria indulgentia, quoniam plenitudo etiam plenissima non mutat substantiam, sed auget quantitatem ipsius substantiae, ut patet. Et propterea si penitentia, a qua liberat indulgentia, est substantialiter penitentia iniuncta, quantumcunque indulgentia sit plenissima, non liberat nisi ab iniuncta. Et alie quidem liberant ab iniuncta unius anni, uel tot annorum, aut dierum: plenissima autem liberat a tota iniuncta, sicut si per quorundam data indulgentia est (puta remissionem tertie partis) liberat a tertia parte iniunctae penitentiae.

Opusc. Caict. 1 2 Et si

Et si querat, an intelligatur hic de penitentia iniuncta tam a iudice, quā a iure, an de iniuncta tantū a iudice, responderetur quod quum a iure nulli sit penitentia iniuncta, sed taxata iniungenda, ideo dicēdo q̄ liberat solum ab iniuncta, soluta est questio. Et probatur quod dicitur, quia ad penitentiam iniunctam ille, cui iniuncta est, tenetur: nullus autē tenetur ad penitētiā taxatā in canonibus penitētiālibus, nisi sibi specialiter imponatur: igitur p̄nā ille non sunt iniuncta. Sed ecclesia sicut p̄sūppōnit homines egere remissione p̄narum debeatū pro suis peccatis, ita p̄sūppōnit verē p̄nitentib. & confessis iniunctas esse penitētiā secundū sacros canones, pensata tamē qualitate personarum, & alijs merito p̄sāndis, & supponens illos esse obnoxios iniunctis penitētiis, dat illis indulgentiam seu remissionem iuxta formam canonum penitētiālibus. Quocirca multū verisimile ac rationi consentaneum est, ut ortum habuerit indulgentia a penitentiū vinculis, quibus olim alligabantur a cōfessoribus iuxta canones penitētiāles: hinc n. p̄fēuerat vsque hodie, ut dictū est, indulgētia tot an norū & tot quadragenariū: hinc indulgentia absolutio est, quam a proprio iudice fieri iura testātur: hinc emanauit opinio illa, quamuis falsā, quod indulgentiā solum valent quo ad forum ecclesiā militantis: hinc omnium est consonantia canonum. Cum his tamen scito, quod licet indulgentiā tam pro viuīs quā defunctis sic sint secundū iura interpretandę, quum non sint melioris conditionis defuncti quā viuī quo ad consequendas indulgentias (imo sint deterioris, quia ad eos nō perueniunt nisi per suffragia) si tamē papa daret alio mō indulgentiam, s. non solum ab iniunctis, sed etiam a quomodolibet debitis p̄nis pro peccatis, dicens dum secuseffet, potest enim absoluerē a p̄na debita licet non iniuncta, dummodo culpa remissa sit. Vtrum autem hactenus Pontifices sic dederint indulgētiā, nescio. Si n. verum est, q̄ Petrus de Pal. refert (quod etiam Ioannes Monachus in extrauaganti Bonif. 8. de Iubilēi expositione refert) non ex litera, sed ex intentione papę illius, s. Bonif. 8. habere, q̄ non solum ab iniuncta, sed iniungenda intēdebat liberare per illam indulgentiam plenissimā. Sed vereor, ne Bonifacius non ut pontifex, sed ut doctor & illius opinōis sectator, illa dixerit verba. Nec inueniunt ipsū ut doctorem minus bene dixisse, quum etiam dixisse referatur ab eodem ibidem, q̄ indulgentia illa liberabat etiam a votis: q̄ constat nō nisi extorere posse bene intelligi, per ipse Iubilēi extrauagante. Quocirca propter huiusmodi, quę ex literis non constant apostolicis, non est recedendum a iuris tramite recto, quo cōfessor iniungere debet penitentiam, etiam si ipsemet ut minister indulgentię statim absoluturus sit eundem penitentem plenarie a p̄na.

Ad id verō quod ex forma plenarię absolutionis obiicitur, d̄ quod de autoritate talis formę quicquid sit, potest dupliciter exponi. Prīmō, ut intelligatur edita secundū opinionem illam valde, ut videtur, communem s. quod indulgentia liberat ab iniunctis & non iniunctis p̄nis. Nec mirum ali cui uideatur si ecclesię ministri in formis huiusmodi utantur opinatis: quum in p̄fatione communi utatur ecclesia opinione dicentium cęlos esse animatos, dum inter creaturas intellectuales cęlos infernit dicens, Maiestatem tuam laudant Angeli, adorantque dominationes, tremunt potestates, cęli cęlorumque uirtutes, ac beata Seraphim. Et q̄ cum

formidine aliqua utatur ecclesię ministri opinio ne illa in hac forma, insinuat ex eo, q̄ ibi apponitur, quantum se extendunt clauē ecclesię, ut ubi ubi sunt verba hæc, secundo, quod intelligat ex meritis indulgentię, ita quod restitutio ad puritatem baptismalem nō intelligitur fieri simpliciter, & absolute, sed quantum est ex parte indulgentię. P̄sumit n. ecclesia arbitratas ac iniunctas esse verē p̄nitētib. & confessis condignas penitētiā: ac per hoc absoluendo ab iniunctis p̄sūppōnit se absoluerē ab omnibus p̄nis illi debitis, & cōsequēter restituere innocētię baptismali. Et hoc sic esse intelligēdum attestatur: quia proculdubio p̄sūppōnit in hac forma ecclesiā penitētem esse contritum de omnib. uenialibus: alioquin restitutio ad puritatem baptismalem locū nō haberet. Et quia utraque p̄sūppōtio est facti, & tenet se ex parte penitētis: ideo forma illa efficacis quātum ex parte est indulgentię, si fiat in patiēte bene disposito per iniunctas penitētiā, efficacis simpliciter & absolute inuenit. Et ab effectu suo deficere potest, si de facto p̄nitēs nō requisita omnia ad hoc, ut absolutio ab omnibus iniunctis sit, absolutio ab omnib. simpliciter debitis pro peccatis p̄nis habeat quod tunc accidit, q̄ nō est per susceptas cōdignas penitētiā dispositus. Quā indispositio p̄nitētib. merito imputatur: quia ob communem penitētiū imperfectionem, cōdignę nō dantur secundū sacros canones penitētiā. Nec d̄nt penitētes ex imperfectione sua reportare commodum indulgentiarum, ut si valeant eis ac si iniunctas suscepissent cōdignas penitētiā: nō enim dēnt equiparari illi qui cōdignas acceptarunt secundū sacros canones penitētiā: quorū misera mater ecclesia indulgētiā leuamen illis cōtulit. Et merito quia iam sp̄te suscepserant paragēdas hic condignas penitētiā: quod constat nō amplecti a modernis p̄nitētib., quibus pro multis & magnis peccatis exigua penitētiā sufficit. Cōsonat autem hæc doctrina eccl. Ro. cōsuetudini: quum in illa uia uoce, indulgētiā cōcedantur appoita semper clausula ista, uidelicet in forma ecclesię cōsuetā: cōstat n. quod forma ecclesię nō potest melius interpretari quam forma ecclesiasticę iuris secundū quam clausula hæc nō solum denotat ly, uerē penitētib. & cōfessis, sed et ly, ab iniunctis penitētis. Et confirmatur, quia cōsuetudine rōni est, ut iudex ecclesiasticus iudicet non nisi de delatis ad suū iudiciū, & non de derelictis ab eodē se impediāt, illa n. q̄ ad ecclesiasticū forū non sunt delata (qualia sunt peccata nō confessā) rōnabiliter ab ecclesiastico iudice absolutione aliena sunt, ut si cut non ligat nisi pro cognitis in foro ecclesię: ita nō absoluit nisi a cognitis in eodē. Oblata p̄terea ad forū ecclesiasticū per cōfessionē, & a iudice minori p̄nitētiā punita, tanquā derelicta quo ad reliquam partem penitentię in foro ecclesiastico uir: p̄sumit n. ecclesia confessores rite arbitratos iudicasse penitentes esse sibiipsis relinquendos, quo ad reliquum satisfactiōnis, ac per hoc ecclesiastica censura p̄nitentiāli fori non se amplius impedit de illis. Quo fit, ut sicut ad ecclesiasticum iudiciū non redit reliqua satisfactiō quo ad vinculum, ita non redeat quo ad absolutionem, ut pari ligandi soluedique ritus passū currat. A b iniuncta igitur tantūmodo penitentiā ecclesiastica indulgentia de iure communi liberat tam viuos, quā defunctos: idē est enim quod per indulgētiā viuīs, & defunctis datur: licet modus dandi sit diuersus, ut patet ex dictis. Et sic valet quantum sonat sane intellecta secundum

secundum formam iuris: unde nulla fraus ab ecclesia ministris in his committitur si aliter quam secundum iura intelligant multi indulgentias, & sic illis utantur, & consequi se illas credant, nulli siquidem noxiam opinionem permittere quod nocent. At si dixerit quispiam, cum hodie non iniungant frequenter poenitentiae indigere tanto tpe, vanus erat accessus ad indulgentias: responderetur quod poena non est vanus, quia per indulgentias relaxantur poenitentiae iniunctae: quae sunt factae in peccato mortali: quae etsi in foro ecclesiae exolutae erant, non tamen in foro Dei: & propterea per indulgentias remittuntur ut pote iniunctae, & non adhuc Deo exolutae. Doctrina igitur dicentium indulgentiam ad iniunctas & non iniunctas poenitentias se extendere, vera est quantum est ex efficacia populi conuenire indulgentias: nos autem dicentes indulgentiam remittere poenitentias iniunctas tantum, verum quoque dicimus de indulgentia secundum iuris formam concessa.

CAPVT VIII.

Responsio ad questionem de indulgentia causa primo propositam in capite quarto.

AD difficillimam autem quae de causa indulgentiae propositam, respondere quamuis temerarium forsitan censebitur, dicendum tamen est ratione duce quid sentiendum est de illa: oportet enim & ecclesiae praedicationem saluare, ut vera est, & fideles pascere pane intellectus. Dicendum est igitur ad questionem, quod non quaecunque causa sufficit ad indulgentiam dandam, sufficit etiam ad quantamcunque indulgentiam dandam, ac per hoc indulgentia data sine legitima causa ad dandam tantam indulgentiam non valet quo ad quantitatem, in qua exceduntur limites legitime causae. Probat hoc multipliciter. Primo auctoritate Concilii Lateranensis sub Innocentio 3. ut enim habetur extra, de poen. & re. cum ex eo: per indifferetas & superfluas indulgentias eneruatur poenitentialis satisfactio. Ex hoc enim habeo, quod indulgentiae indifferetas & superfluae non adimplent satisfactioem poenitentialem, sed eneruant, nisi quis adeo desipiat, ut idem putet adimplere & eneruare, quae constat esse contraria. Et quum constet, quod proprius fructus indulgentiae est adimpletio satisfactioem poenitentialis, consequens necessario est ut per indifferetas superfluasque indulgentias (quae proculdubio sunt ille quae ex quacunque pia causa fiunt magna ualde) non consequatur poenitentialem satisfactioem a nobis debitam, adimpletam esse pro nobis a Christo & Sanctis, nam si per in discretas huiusmodi indulgentias hoc consequeremur, non eneruaretur: sed adimpleret poenitentialem satisfactioem. Sed dum indifferetas huiusmodi indulgentiae infructuosae sunt secundum veritatem ad satisfactioem poenitentialem adimplendam, & poenitentes putando sibi eas prodesse, omitunt satisfactioem poenitentialem, eneruatur in veritate poenitentialis satisfactio, ut facit canon dicit. Probat idem secundo auctoritate Clem. 6. in dicta extrauagante, vniuersum, quoniam dicit, Et propriis & rationabilibus causis nunc pro totali, nunc pro partiali remissione poenae temporalis, &c. ut allegatum est in c. 4. Si enim non solum rationabiles, sed propriae sunt causae nunc totalis, nunc partialis remissionis, sequitur manifeste quod non sunt communes oes causae indulgentiae ad totalem & partialem remissionem, sed aliqua pia causa est propria & rationabilis causa partialis remissionis, quae non est totalis, alioquin non esset causa propria remissionis partialis, sed communi partiali & totali: cuius oppo-

situm literae Apostolicae sonat. Probat tertio ratione idem. Legitima causa in indulgentiis requiritur secundum omnes ad saluandam intentionem Christi & Sanctorum, ut si applicentur consequentibus indulgentiam passionibus Christi ac Sanctorum, ac si pro istis ex intentione specialiter illas sustinuisset: sed intentio Christi & Sanctorum non saluatur ex quacunque pia causa quo ad quantamcunque quantitatem: ergo non quaecunque pia causa sufficit ad quacunque indulgentiam. Probat minor: quia intentio Christi fuit pati pro ecclesia in communi: est enim passio Christi causa vniuersalis, intentio quoque Sanctorum fuit pati ultra propriam expirationem pro ecclesia. Est enim eiusdem rationis quo ad hoc, quod est esse communem, passio Sanctorum cum passione Christi: quia passio sanctorum est communitio passionum Christi: testante hoc Apostolo ad Col. 1. dicente, Adimpleo ea quae defunt passioni Christi in carne mea, pro corpore eius quod est ecclesia. Ex hoc quippe loco sumptus est thesaurus ecclesiae quo ad passiones Christi & sanctorum ab Augustino super psal. 71. dicente ex hoc loco. Tantum ergo pariter quantum ex passionibus eius inferendum erat vniuersae passioni Christi: ad communem hanc quasi remp. quisque pro modulo nostro exolumus quod debemus, & pro posse virum nostrarum, quasi canone passionum inferimus: patitoria plena passio non erit, nisi quum seculum finitum fuerit. Quamuis quo ad passionem Christi ex infinitate personae patientis sumi poterit, & ex auctoritate Io. in 2. c. 1. suae can. dicentis. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non autem pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi: constat enim, quod propitiatio pro peccatis totius mundi excedit omnes penas debitas a consequentibus indulgentiis. Ex quibus haberi facile potest intentionem Christi & sanctorum quo ad penas in thesauros reconditas esse, sicut bonum commune ecclesiae ac per quod currat cursus boni cõis: constat autem quod bonum commune dispensandum suapte natura est: dispensatio vero, sicut aduersatur donationi ad libitum, ita contrariatur incommensurate distributioni: dispensationis siquidem rationem absque mensura intelligere nequeo. Est igitur intentio Christi & sanctorum, ut passiones suae non pro libito applicentur huic, uel illi, sed iuxta mensuram opportunam ad finem ecclesiae dispensentur huic, uel illi: sicut in reliquis communitatibus communium bonorum dispensatio ex mensura opportuna ad bonum, quae est finis illius cõitatis, sumitur. Constat autem manifeste, quod nec omne opportunum ad bonum ecclesiae est equaliter, nec ecclesiae finis exigit equaliter quodcunque opportunum est vnum & idem diuersis temporibus, ut patet, nisi igitur iuxta mensuram opportunitatis, seu opportuna ad ecclesiae bonum applicentur passiones in thesauro ecclesiae reconditae, non saluatur intentio Christi, & sanctorum. Et si adiunxeris, quod uarie mensurae opportuna ad ecclesiae bonum, non omnis pia causa respondet, per species quod non quilibet pia causa sufficit ad quacunque indulgentiam. Et confirmatur, quia dispensatio credita Petro & successoribus imitari debet dispensationem factam ab ipso Christo, omnis enim Christi actio nostra est instructio, imo sic agendo formam instruit nostrarum actionum. Constat autem, quod Christus eundem thesaurum dispensat commensurate iuxta conditiones causarum mediarum, ut patet ex differenti dispensatione eiusdem per sacramentum Baptismi, quo tota poena exoluitur, & per sacramentum

Opusc. Caiet.

I 3 pe.

penitentiae, quo non tota poena soluitur, ergo ipsius uicario commensuratam quoque applicatione dicti thesauri creditam esse, rationabile est. Et est tanto probabilior haec ratio, quanto actio sacramentalis eminentior, & efficacior causa media est, quam actio iurisdictionalis, qua datur indulgentia. Et confirmatur rursus: quia constat prelatos omnes ecclesiae non nisi ministros & dispensatores esse: tota igitur eorum potestas supra thesaurum ecclesiae infra limites dispensationis potentiae clauditur. Ex quibus habemus, quod non saluatur intentio Christi, & Sanctorum in applicatione thesauri sui nisi dispensando applicentur passionem in illo recondite huic vel illi.

Ab obiectione autem in oppositum, dicimus, quod inter duas extremas opiniones incedimus medijs. Putantes, n. efficaciam indulgentiae quantificari secundum causam indulgentiae extremi sunt, contra quos diuus Tho. processit: quia causa indulgentiae non est propria causa remissionis poenae, quae est fructus indulgentiae: sed propria causa remissionis poenae est passio Christi, & Sanctorum applicata huic. Existimantes autem omnem legitimam causam indulgentiae, esse legitimam causam tantae dispensationis: ita quod cum indulgentiae, quia non est propria causa remissionis poenae, ideo non quantificat illam: & quia est propria causa dispensationis, ideo quantificat dispensationem: quantitas enim effectus propriam causam consequitur. Quod autem causa indulgentiae sit propria causa dispensationis, ex hoc patet, quod actus applicandi indulgentiam carens legitima causa indulgentiae, non est dispensatio, & secundum communem Doctorum doctrinam non est indulgentia. Quia igitur concurrerentibus reliquis ad indulgentiam requisitis, sola legitima causa deficiente actio dandi indulgentiam non est dispensatio: habemus, quod causa legitima constituit actum dandi indulgentiam, in hoc quod est esse dispensationem. Et si subiueris, ut iam dictum est, quod propria causa quantificat effectum, apparebit quod sicut dispensationem oportet causari a legitima, ita tantam dispensationem oportet ex causa legitima, tantae dispensationis, procedere. alioquin dispensatio ipsa dependeret ex causa propria legitima, & quantitas dispensationis non dependeret ex propria causa legitima ipsius quantitatis. Quod secundum philosophiae processum monstrum esset, quoniam in reliquis magnitudo effectus magnitudini causae illius rei responderet: magnus enim calor ex magnitudine calefacientis procedit, & sic de alijs. Non dicimus ergo quod remissio poenae attendatur penes quantitatem causae pro qua fit indulgentia, sed dicimus, quod actus dandi indulgentiam oportet quod habeat causam insufficientem ad hoc quod tanta applicatio passionum Christi & Sanctorum ad hos nunc, &c. sit uere dispensatio earundem. Et quia dispensatio habet, ut propriam causam, bonum ecclesiae seu pietatem, dicimus consequenter quod non quodlibet ecclesiae bonum, seu non quaecunque pietas sufficit ad minorem dispensationem, sufficit etiam ad quantuncunque maiorem, sed quantitas dispensationis consequitur suapte natura magnitudinem suae causae. Magnitudinem autem causae dico non secundum se, hoc est non secundum quantitatem, quam in se habet, sed secundum relationem ad ecclesiae bonum, nam idem labor, eadem elemosyna, eadem deuotio, & huiusmodi est, quandoque ut parua ratio indulgentiae, & quando-

que ut maxima ratio indulgentiae. Et ideo quandoque ex causa eadem secundum se datur indulgentia parua & quandoque maxima: & apparet quod sit eadem causa totaliter, & non est eadem in ueritate, sed secundum se: est enim relata ualde maior seipsa absolute.

Verbi gratia, uisitatio ecclesiae sancti petri aequalis est secundum se hodie, & in anno iubilaei, sed non est equalis relata ad bonum ecclesiae: quoniam relata ad professionem unitatis ecclesiae sub uno capite Petri successore (ad quod in anno iubilaei refertur ab uniuerso orbe terrarum) est immensa causa indulgentiae. Et similiter manere in platea sancti petri in die pasche pro benedictione, non est absolute magna indulgentia: sed quod profiteamur unitatem ecclesiasticam sub uno capite, & uiam ceterum uemus auctoritatem uniuersalem & plenissimam Romae. Pone immensa est ratio indulgentiae, & sic de alijs. Et ideo non est mirum, si ex eadem ex se causa, nunc maior, nunc minor sit indulgentia. Quauis etiam haec uarietas possit aliuode peruenire: ex hoc, scilicet quod causa legitima tantae dispensationis non intelligitur ad modum puncti indiuisibilis, sed in latitudine quadam consistit, infra quam etiam si indifferente prelatum indulgentiam det, ac propterea peccet, ualeat tamen. Ac per hoc habes quomodo uerificare potes obiectione ex auctoritate Doctorum & Rectorum ecclesiae.

Ad id uero quod obijcitur ex auctoritate ueritate ecclesiae (puta si non ualerent, ut sonant) dicitur quod quia causa indulgentiae fortitur magnitudinem ex relatione, & relationes huiusmodi discutere ac pensare non est cuiusque, sed dantis indulgentiam; ideo ecclesia rationabiliter praesumit pro dante indulgentiam, utpote iudice. Praesumitur enim de iure pro iudice semper, nisi manifeste appareat error, & supponens ex causa legitima datam tantam indulgentiam, ueritatem praedicat, sicut absque falsitate praedicat talem sanctum, supponens illum rite canonizatum. Ita quod dato, quod iste canonizatus non esset sanctus, sed damnatus, ecclesiae doctrina aut praedicatio non esset mendax aut falsa: quia hic non pertinentia ad finem non intelliguntur affirmari, & praedicari nisi cum grano salis hoc est stantibus communiter praesumptis: Praesumit enim ecclesia canonizationem rite factam, & similiter indulgentiam rite datam, & sic praedicat indulgentias ualere quantum sonant. Sed sicut potest interuenire error humanus in canonizatione alicuius sancti (ut S. T. dicit) ita potest interuenire error humanus in collatione indulgentiae. Si quis autem putet Romae non posse errare in istis particularibus actionibus (quales sunt dispensationes bonorum, tam temporalium quam spiritualium ecclesiae) putet quoque ipsum non esse hominem. Verum quia nulla forte est tam parua secundum se pia causa, quae non possint esse maxima ex aliqua relatione, ideo noli uelle iudicare an ista uel illa causa posita in indulgentia sit sufficiens, si non vis errare. Habes autem ex his, duo. Primum, quomodo intelligenda sit indulgentia, si fiat principaliter per modum dispensationis, communicationis, aut applicationis thesauri ecclesiastici: quoniam haec dicta ad huiusmodi communicationem spectant. Deinde quare mentibus non nullorum fidelium insita sit ambiguitas nonnulla de effectu indulgentiarum, quia, n. latet eos rationabilitas causae tantae indulgentiae, ideo scrupulum incurrunt, & admirari non desinunt quomodo uerum sit, quod pro tanto paruo actu consequatur quod tam magnam indulgentiam.

CAPVT IX.

Responsio ad secundam questionem de tempore vere penitentiae propositam in quarto cap.

Secunda Quæstio in 4. c. proposita de tempore vere penitentiae, facile soluitur dicendo quod tempus vere penitentiae proculdubio est tempus usus indulgentiae. Oportet enim quando quis utitur indulgentia, tunc esse vere penitentem: alioquin non reciperet remissionem penae peccato debitae. Sed quum sint in proposito tria tempora (scilicet confessionis operis, & usus) quæ patet diuersa esse quæ Papa dat danti elemosynam talem, vt semel in vita & semel in morte possit plenarie absolui: tunc enim hodie concessio fit, & opus elemosynæ fit cras, & absolutionis plenariæ usus fiet forte hinc ad annum, constat quod hæc tempora concurrunt quandoque simul, vt quum pro actu præsentis datur indulgentia absolute, vt quum datur indulgentia omnibus hic præsentibus. Et tunc questio non habet locum; nam non est in potestate suscipientis indulgentiam differre usum illius, quum absolute datur pro actu præsentis: quia intelligitur dari tunc pro tunc, vt sonant verba. Et similiter dicunt aliqui de tempore operis, quando diuersum est a tempore usus eadem ratione: quia scilicet non absoluitur tunc a pena. Sed salua eorum reuerentia oppositum est verum. Tum quia consuetæ formæ ecclesiæ quæ semper in indulgentiis subintelligitur (etiam si non exprimitur) continet expresse, quod opus fiat a vere penitentibus: ait enim, omnibus igitur vere penitentibus & confessis, qui uisitaerint, vel dederint, vel fuerint. Vbi clare patet opus præsupponere verè penitentem. Tum quia causa indulgentiæ ex hoc ipso, quod est ratio communionis passionum Christi & Sanctorum cum membris vitis, oportet quod sit infra latitudinem operum viuorum: quæ n. est cõditio tenebrarum ad lucem, aut mortis ad vitam? constat autem quod opus factum a vere penitente est opus mortuum: non potest ergo esse legitima causa indulgentiæ, quæ constat consistere in communione uitali Christi & membrorum, non mortuorum, sed viuorum. Vn si datur indulgentia alicui, quæ dicendo 7. Psal. vel visitando tot ecclesias, vel faciendo tale opus pium et si fit elemosyna, nisi fiat in statu charitatis, non acquiritur apud Deum indulgentia. Nam licet tunc non fiat remissio semper (puta quum absolutio futura est) sit tamè tunc meritum remissionis quauis mediate, hoc est mediante applicatione passionum Christi & Sanctorum. Ad impletionem. n. causæ indulgentiæ est meritum communionis remissiuæ, ita quod nihil aliud exigitur ad remissionem nisi mera executio: datur enim adimplenti causam indulgentiæ communitio remissiuæ poenæ. Cõstat autem quod meritum remissionis poenæ peccato debitæ est opus viuum. Oportet ergo verè penitentem esse consequutum indulgentiam non solum tempore usus, sed etiã tempore operis, quod est causa indulgentiæ: ut ipsa indulgentiæ verba sonant.

CAP. X.

Responsio ad tertiam questionem cap. quarto propositam de tempore confessionis.

Tertia questio circa indulgentias proposita de tempore confessionis, à multis soluitur dicendo, quod sufficit confessum esse illo anno: quia sic intelligitur confessus secundum præceptum ecclesiæ. Et licet hæc solutio rationabilis multum appareat propter dictam rationem, quia verba iuris non sunt intelligenda secundum formam iuris;

A duo tamen sibi obstant. primo: quia si ista ratio esset in proposito efficax, quum in forma indulgentiæ contineantur duæ conditiones simul; scilicet penitentiae & confessionis, si tempus confessionis intelligitur scdm formam iuris, tempus quoque penitentiae intelligendum est secundum formam iuris. Constat enim præceptum penitentiae sicut & confessionis affirmatiuum esse, & non obligare, necessitatis articulo excepto, nisi pro loco & tempore: & ecclesiam iam determinasse tempus utriusque; ad semel in anno. Non obligatur igitur ex forma indulgentiæ uolens particeps illius fieri ad ueram tunc penitentiam, si non obligatur tunc ad confessionem. Secundum quod magis urget, est: quia si intelligitur confessus secundum formam iuris, uel quod idem est, scdm præceptum ecclesiæ, sequitur unum maxime absurdum: hoc est, quod indulgentiæ non dantur nisi confessis, singulis annis: quia soli isti sunt confessi secundum formam iuris, & soli isti sunt confessi secundum præceptum ecclesiæ, vt patet. Et cõsequenter quicumque aliquo vno anno quatumcunque præterito uiolasset præceptum ecclesiæ de confessione annua, non comprehenderetur sub capacibus indulgentiæ datæ: constat enim hoc esse contra communem animi conceptionem oium & sapientum & fidelium. Quia igitur solutio ista, ubi creditur extendere indulgentiam, restrinxit multum illam si rationabiliter & consequenter loqui dēt, ideo cum bona tantorum Doctorum uenia omittenda est. Et dicendum est cum ipsis indulgentiæ uerbis, & antiquiore, vt apparet, mihi doctrina, quod tempus vere penitentiae, & tempus confessionis est vnum, & idem ad capefcendam indulgentiam, quauis diuersa ratione necessarium, quia uera poenitentia exigitur ex diuino, & humano simul iure: cõfessio autè exigitur ex humana tantum autoritate: quia. s. statuta est sic indulgentiæ forma ab ecclesia, unde papa dare posset indulgentiam absque actuali confessione. Dicere autem quod forma indulgentiæ intelligitur de confessis non secundum formam iuris, aut præceptum ecclesiæ simpliciter absolute, sed anno illo uoluntarium est, quia nec forma iuris, nec ex forma iudicis, nec ex rone hoc emanat. Nec furda præseundi sunt aure detrahentes hinc, quamuis exigua vigiliè uanitatè eam accusantes, eo quod cras existimantes quantum pietatè, apostolicas pulsabunt aures, & indulgentias ad non iniunctas extendi poenitentias, confessisque anno illo modo verè poenitentes sint conferri obrinebunt. Audiant hi primum, non frustra fuisse tantillū laborem, si occasionem tanti fructus Christiano populo cõtulerit: neque enim ea scripsimus ratione, vt alios dirigerem, sed inter certa ambigua que discernere sat fuerit. Percipiant deinde, pijs deuotisque fidelium mentes, hinc potius excitadas ad petendas condignas scdm sacros canones a confessoribus poenitentias, vt uel indulgentiæ gratia ex confessione Christi & sanctorum soluant Deo poenitentias, quas prompto animo a seipsis peragendas postulauerunt, atque susceperunt. Redirent siquidem hoc pacto aurea poenitentium Patrum secula.

Et hæc de indulgentiis dicta secundum proprii ingenio vires, saluo omnium melius sentientium iudicio, sufficiant. Romæ anno salutis 1517. Pontificatus S. D. N. Leonis XI. quinto: ætatis uero meæ 48. die 8. Decembris.

Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Xysti, vigintiseptem Quæstionum Opusculum.

Opusc. Caiet. I 4 TRA.